



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

§. XXVI. Regulirung der vornehmsten Differentien in puncto Amnestiæ:
Articulus Amnestiæ wird von den Reichs-Ständen unterschrieben.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1648.
April.

lo zu gedencken sey, qualificiren. *Deputati* erinnerten, daß auch wegen Auslassung der Stadt Speyer, Weissenburg und Osnabrück, das nöthige ad *Protocolum* zu notiren sey: Es wäre derselben nicht expresse gedacht worden, weil man sie sub *Regula* befunden habe.

Der *Articulus Amnestiæ* wird von den Reichs-Ständen subscribirt.

Ob nun zwar unterschiedene Aenderungen in solchem *Articulo Amnestiæ* bey dieser Conferenz vorgangen, und also kein rein Exemplar bey Händen war, so ward doch nichts desto weniger, weil der

Chur-Maynische Canslar Dr. Meigersberger nicht zur Stelle gewesen, von seinem Collegen Licent. Mehl, neben dem von Thumshirn ein Exemplar, wie die *Correkturen* beygezeichnet, unterschrieben. Die Schwedischen hatten Bedencken, solchen Punkt noch zur Zeit zu unterschreiben, welches auch die Kayserlichen nicht sonderlich urgirten, sonder Zweifel weil die Pfälzische Sache und der §. *Tandem omnes &c.* darinn nicht befindlich waren.

1648.
April.

§. XXVI.

Regulirung der vornehmsten Differenzen in puncto Amnestiæ. Der Baaden-Durlachischen Sache.

Aus den vorhergehenden Paragraphis stehet kürzlich dieses zu wiederholen, daß die Baaden-Durlachische Sache, welche die meiste Behinderung gemacht hatte, dahin reguliret worden, daß dem Marg: Graff Friederich, die *ratione fructuum perceptorum*, kraft des Eßlingischen Vertrags, an Baaden überlassene beyde Nemter Stain und Remchingen, ohnentgeltlich restituiert, auch der in den alten Erb-Verträgen verzeichnete jährliche Nachtrag, (so an Früchten und Wein über 3000. Rthlr. betragen) *tam de præterito quam in futurum*, gänzlich remittiret, und daneben demselben die *Option*, zwischen dato und der *Final-Subscription* des Friedens-Instrumenti frey und offen bleiben solle, ob derselbe solches acceptiren, oder aber seine Jura zu Recht oder in andere Wege ausführen wolle; wörnebst die Durlachische Lande ihm, ohne das, völlig und ohne einigen Abgang oder Borenthalt, restituiert werden sollten, inmassen die sub N. II. hier anliegende *Notula* zu erkennen giebt. Bey der gänzen Handlung waren die Kayserlichen und Chur-Bayerischen nebst allen Catholischen Gesandtschaften, dem Baaden-Durlachischen höchsten entgegen, massen dieselbe es *pro causa communi* und ihnen schimpflich hielten, einen so nahe verwandten Reichs-Fürsten, und dessen von jedermänniglich in Hohen Stifften und Matrimonis davor auf und angenommene Fürstliche Kinder, *per consequens* ihre selbst eigene *per Connubia*

dabon posterirende Bettern, *pro spuriis* achten und stabiliren zu lassen. In der Sanyischen *Restitutions- und Pyrmontischen* Sache, würde es dahin gebracht, daß Chur-Cölln, als Lehen-Herr, die Gräflische Sanyische Tochter, aller von dem Graffen von Wittgenstein gemachten *Opposition* ohngeachtet, in die Possession des Schlosses, Stadt und Amts Hachenburg, wie auch Wendorff, auf Maasse, wie sie solches *tempore destitutionis* besessen, *vigore Amnestiæ*, restituirten sollte. Da man anfänglich die *Restitution* nur bloß auf die Mutter restringiren wollte: Welchem aber Hessen-Darmstadt, aus dieser Ursach heftig widersprochen, *quod mater suo non tantum, sed & Tutorio, filiarum scilicet nomine*, possederit, daher notwendig, *secundum naturam Amnestiæ*, die *Restitutio simpliciter & plenarie in omnem causam pristinumque statum* geschehen müsse. Nicht weniger, daß der Graff von Waldeck die Graffschafft Pyrmont, ebenfalls *vigore Amnestiæ Generalis*, in possessione, bis zu Austrag der Sache in *Ordinario Possessorio vel Petitorio*, behalten, und dero Behuff ein absonderliches *Attestatum* von der Kayserlichen Gesandtschaft ausgestellt werden sollte. Wor- auf dann am 17ten April der punctus *Amnestiæ*, wie aus folgender *Formula* sub N. I. erhellet, obgedachter massen, *nomine Statuum*, von denen beyden *Directoris*, dem Chur-Maynischen und Sachsen-Altenburgischen, unterschrieben worden.

Sanyische Restitutions-Sache.

Waldeckische Possession der Graffschafft Pyrmont.

Formula. des ausgefertigten punctus Amnestiæ.

1648.
April.

N. I.

1648.
April.

Punctus Amnestie.

Repetitis conditionibus ad Articulum de Gravaminibus positus, de Amnestia conventum est, ut sequitur.

I. Pax sit christiana, universalis, perpetua, veraque & sincera amicitia inter Sacram Cæsaream Majestatem, Domum Austriacam, omnesque ejus Fœderatos & Adhærentes & singulorum hæredes & Successores, imprimis Regem Catholicum, Electores, Principes ac Status Imperii ex una: & Sacram Regiam Majestatem Regnumque Sueciæ, omnes ejus Fœderatos & Adhærentes & singulorum hæredes ac Successores, imprimis Regem Christianissimum, ac respective Electores, Principes ac Status Imperii ex altera parte, eaque ita sincere serioque servetur & colatur, ut utraque Pars alterius utilitatem, honorem ac commodum promoveat, omnique ex parte & universi Romani Imperii cum Regno Sueciæ, & vicissim Regni Sueciæ cum Romano Imperio fida vicinitas, & secuta studiorum pacis atque amicitia cultura revirescant & reflorescant.

II. Sit utrinque perpetua oblivio & Amnestia omnium eorum, quæ ab initio horum motuum, quocunque loco modove, ab una vel altera parte utro citroque hostiliter facta sunt, ita, ut nec eorum, nec ullius alterius rei causa vel prætextu, alter alteri posthac quicquam hostilitatis aut inimicitia, molestia, vel impedimenti, quoad personas, statum, bona vel securitatem, per se vel per alios, clam aut palam, directe vel indirecte, specie juris aut via facti, in Imperio aut uspiam extra illud (non obstantibus ullis prioribus pactis in contrarium facientibus) inferat, vel inferri faciat, aut patiat, sed omnes & singulæ hinc inde, tam ante bellum, quam in bello, verbis, scriptis, aut factis illata injuriæ, violentiæ, hostilitates, damna, expensæ, absque omni personarum rerumve respectu, ita penitus abolitæ sint, ut, quicquid eo nomine alter adversus alterum præterdere posset, perpetua sit oblivione sepulchrum.

III. Juxta hoc universalis & illimitata Amnestia fundamentum universi & singuli Sacri Romani Imperii Electores, Principes, Status (comprehensa Immediata Imperii Nobilitate) eorumve Vasalli, Subditi, Cives & Incolæ, quibus occasione Bohemice Germanicæ motuum, vel Fœderum hinc inde contractorum, ab una vel altera parte aliquid præjudicii aut damni quocunque modo vel prætextu illatum est, tam quoad ditiones & bona feudalia, subfeudalia & allodialia, quam quoad Dignitates, Immunitates, Jura & Privilegia, restituti sunt plenarie in eum utrinque statum, in Sacris & Prophanis, quo ante destitutionem gavisi sunt, aut jure gaudere potuerunt, non obstantibus sed annullatis, quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus.

Quemadmodum vero tales restitutiones omnes & singulæ intelligendæ sunt, salvis juribus quibuscunque, tam Directi quam Utilis Domini, in vel circa bona restituenda, sive Secularia, sive Ecclesiastica, sive restituenti sive restituendo, sive cuivis tertio competentibus, salvis item litispendentiis de super in Aula Cæsarea, sive in Camera Imperiali vel aliis Imperii Immediatis, aut Mediatis Dycasteriis, vertentibus; Ita hæc clausula salvatoria generalis vel alia subsequentes speciales, ipsam restitutionem nullatenus impediunt, sed competentia jura, actiones & exceptiones & litispendentiæ, post factam demum restitutionem, coram competenti Judice examinentur, discuti-

1648.
April.

tiantur & expédiantur, multo minus hæc reservatio ipsi Amnestiæ universali & illimitatæ quidquam præjudicii afferat, aut etiam ad proscriptiones, confiscationes & ejus generis alienationes, extendatur, vel Articulis aliter contentis, interque hos compositioni Gravaminum, aliquid derogat. Nam quantum juris in bonis Ecclesiasticis hucusque controversis ejusmodi restituti vel restituendi sint habituri, patebit infra Art. de Gravaminum Ecclesiasticorum compositione.

IV. Et quamvis ex hac præcedenti Regula generali facile dijudicari possit, qui & quatenus restituendi sint, tamen ad instantiam aliquorum, de quibusdam gravioris momenti causis, prout sequitur, specialiter mentionem fieri placuit, ita tamen, ut, qui non expressim nominati vel expuncti sunt, propterea pro omittis vel exclusis non habeantur.

Antè omnia vero causam Palatinam. (*inferatur*)

Princeps Ludovicus Philippus, Comes Palatinus Rheni, recuperet omnes Ditiones, Dignitates & Jura in Sacris & Prophanis, quæ ipsi a majoribus ex successione & divisione, ante tumultus bellicos obvenerunt.

Princeps Fridericus, Comes Palatinus Rheni, quartam partem vectigalis Vilsbacensis, Cœnobium quoque Hornbach, cum pertinentiis, & quicquid juris Parens ejus antehac ibidem habuit ac possedit, recipiat & respective retineat.

Princeps Leopoldus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, restituatur penitus in Comitatum Veldenz ad Mosellam, tam in Ecclesiasticis quam Politicis, contra omnia hæcenus attentata, in eum, quo Anno 1624. ipsius Parens fuit, statum.

Controversia, quæ vertitur inter Episcopos respectivè Bambergensem & Herbipolensem, ac Marchiones Brandenburgicos Culmbachi & Onolzbachi, de Castro, Oppido, Præfectura & Monasterio Kitzingen in Franconia ad Moenum, aut amicabile compositione, aut summario juris processu terminetur intra biennium, sub poena perdendæ prætensionis imponenda tergiversanti; Interim dictis Dominis Marchionibus restituatur nihilominus fortalium Wilzburg in eum statum, qui tempore traditionis descriptus fuit, ex conventionione & promisso.

Domus VVurtembergica maneat quiete in recuperata possessione Dynastiarum Weinsberg, Neustadt & Meckinühl, restituatur etiam in omnia & singula Secularia atque Ecclesiastica bona & jura ante hos motus ubicunque possessa, interque illa specialiter in Dynastias Blaubeuern, Achalm & Stauffen, cum pertinentiis, & sub prætextu pertinentium ad eas occupatis bonis, cum primis Civitate & Territorio Goppingensi atque Pago Pflümmern, redditibus Universitati Tubingensi pie fundatis: recipiat etiam Dynastias Heydenheim & Ober-Kirch; itemque Civitates Balingen, Tutlingen, Ebingen & Rosenfeldt, nec non Arcem & Pagum Neutlingen cum pertinentiis, tam Hohentwiel, Hohenasperg, Hohen-Aurach, Hohen-Tübingen, Albeck, Hornberg, Schildach, cum Civitate Schorndorff: Restitutio etiam fiat in Ecclesias Collegiatas Stutgardt, Tübingen, Herberg, Goppingen, Bachnang, nec non in Abbatias, Præposituras atque Monasteria, Webenhausen, Maulbrunn, Anhausen, Lorch, Adelberg, Denkendorf, Hirschau, Blaubeuern, Herbrechtingen, Murbardt, Alvirsbach, Königsbrunn, Herrnald, Divi Georgii, Reichenbach, Pfullingen & Lichtenstern, sive Marienkron & simi-

1648.
April.

1648.
April.

fimilia cum omnibus Documentis ablatis; salvis tamen & reservatis Domus Austriacæ, necnon VVürtembergicæ in supra dictas Dynastias, Blaubeyern, Achalm & Stauffen, præteritis juribus, actionibus, exceptionibus & remediis atque beneficiis juris quibuscunque.

1648.
April.

Principes quoque Wurtembergici Lineæ Mompelgardenfis restituantur in omnes suas Ditiones in Alfatia vel ubicunque sitas, & nominatim in duo Feuda Burgundica Clervall & Passavant, & ab utraque parte redintegrentur in eum statum, Jura, prærogativas, ac in specie ad eam Immedietatem erga Romanum Imperium, qua ante initium horum bellorum gavisæ sunt, & qua cæteri Imperii Principes ac Status gaudent vel gaudere debent.

De causâ Badensi hoc modo conventum est: Fridericus Marchio-Badensis & Hochbergensis, ejusque filii & hæredes cum omnibus, qui iisdem quocunque modo inservierunt aut adhuc dum inserviunt, cujuscunque nominis aut conditionis sint, gaudeant & fruantur supra §. 2. & 3. descripta Amnestia, cum omnibus suis clausulis & beneficiis, ejusque vigore restituantur plenissime in eum statum, in Sacris & Prophanis, in quo ante exortos Bohemiæ motus fuit Dominus Georgius Fridericus Marchio-Badensis & Hochbergensis, quoad Marchionatum Inferiorem Badensem, qui vulgo sub appellatione Baden-Durlach venit, itemque quoad Marchionatum Hochbergensem, tum etiam quoad Ditiones Röttelen, Badenweiler & Saufenberg, non obstantibus sed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus: deinde restituatur Marchioni Friderico Præfectura Stein & Renschingen absque onere æris alieni, interea temporis à Marchione Guilhelmo contracti, ratione fructuum, interesse ac sumptuum, per Transactionem Etlingæ Anno Domini 1629. initam, dicto Guilhelmo Marchioni Badensi cessa, cum omnibus Juribus, Documentis Literariis aliisque pertinentiis, ita ut tota illa actio sumptuum ac fructuum perceptorum & percipiendorum, cum omni damno & interesse à tempore primæ occupationis numerando, sublata & penitus extincta sit. Annua quoque pensitatio ex Marchionatu Inferiori Marchionatu Superiori pendi solita, virtute præsentium penitus sublata, annullata, & annihilata sit, nec eo nomine quidquam vel de præterito vel de futuro imposteorum unquam prætendatur vel exigatur. Alternetur etiam imposteorum, inter utramque Lineam Badensem Inferioris scilicet & Superioris Marchionatus Badensis, præcedentia & Sessio in Comitibus, & Circuli Svevici, aliisque universalibus vel particularibus Imperii aut quibuscunque Conventibus, pro nunc tamen eadem præcedentia penes Marchionem Fridericum, dum superstes erit, manente.

De Baronatu Hohen-Geroltseck conventum est, ut si Domina Principissa Badensis, præterita sua jura in dicto Baronatu, Documentis authenticis sufficienter probaverit, restitutio statim postulatam desuper sententiam fiat, cum omni causâ omnique jure vigore documentorum competenti: cognitio autem hæc finiantur à die publicatæ Pacis intra biennium: nullæ denique actiones, transactiones & exceptiones, generales vel speciales clausulæ in hoc Instrumento Pacis comprehensæ (quibus omnibus per expressum & in perpetuum vigore hujus derogatum sit) ab una vel altera parte ullo unquam tempore contra hanc specialem conventionem allegentur vel admittantur.

Dux de Croy gaudeat effectu generalis Amnestiæ, neque protectio Regis Christianissimi sit ei fraudi, dignitatis, privilegiorum, honorum, bonorum, aut ullo alio respectu, quiete quoque possideat eam Domini Vinstingem partem, quam Majores sui possederunt, prout nunc à Domina Matre sua dotalitii nomine possidetur, juribus Imperii quoad dictum Dominium Vinstingen in eo statu, quo fuerunt ante hos motus, salvis permanentibus.

Quod

1648.
April.

Quod ad controversiam Nassau-Siegen contra Nassau-Siegen attinet, cum res hæc per Commissionem Casaream Anno 1643. ad amicabilem compositionem sit remissa, reassumatur ejusmodi Commissio & tota lis vel amabili compositione vel juridica sententia coram competenti Judice decidatur, Comite Johanne Mauricio de Nassu ejusque fratribus absque ulla turbatione, pro suis quocis duntaxat, in apprehensa possessione manentibus.

1648.
April.

Comitibus Nassau-Saræpontanis restituantur omnes eorum Comitatus, Dynastia, Territoria, homines & bona Ecclesiastica & Secularia, feudalia & allodialia, nominatim vero Comitatus Saræpontanus & Sarwerdanus, integri cum omni causa, ut & fortalitiu Homburg, cum tormentis bellicis, mobilibusque ibi repertis, salvis utrinque respective tam ratione Anno 1629. 7. Julii per sententiam adjudicatorum in Revisorio, quam aliis etiam de illatis damnis competentibus Juribus, actionibus, exceptionibus, & Juris beneficiis, juxta Leges Imperii determinandis, nisi partes potius ament amica transactione rem componi, salvo etiam Jure, quod Comitibus de Leiningen-Daxburg, in dicto Comitatu Sarwerdano competere potest.

Domus Hanovica restituantur in Præfecturas **Bobenhausen, Bischoffsheim am Steeg & Wildshat.**

Johannes Albertus Comes Solmensis in quadrantem oppidi Butzbacensis, & quatuor Pagos adjacentes restituantur.

Itemque restituantur Domus Solms Hohen-Solms in omnia bona & jura sibi Anno 1637. adempta, non obstante transactione desuper cum Domino Georgio Landgravio Hassiæ postea facta.

Comites de Ysenburg gaudeant Amnestia generali, supra Art. 2. & 3. descripta; salvis tamen juribus Domino Georgio Landgravio Hassiæ vel cuivis tertio contra eosdem, ut & contra Comites de Hohen-Solms competentibus.

Rheingravii in suas Præfecturas **Troneck & Wildenburg**, item Dynastiam **Merchingen**, cum pertinentiis, & cætera omnia jura à vicinis usurpata, restituantur.

Vidua Domini Ernesti Comitis Seynensis restituantur in eam possessionem Arcis, Oppidi & Præfecturæ **Nachenburg**, cum pertinentiis, ut & Pagi **Wendorff**, in qua fuit ante destitucionem; salvo tamen jure cujusvis.

Castrum & Comitatus **Falckenstein** restituantur ei, cui de jure competit, quicquid etiam juris Comitibus de **Ralspurg**, cognominatis **Lowenhaupt**, in Præfecturam **Bretzenheim**, feudum **Archi-Episcopatus Colonienfis**, nec non **Baronatum Reipoltskirch** in districtu **Hundsruck** sita, competit, id eis cum omnibus juribus & appertinentiis, salvum sit.

Restituantur etiam Domus **Waldeck** in possessionem vel quasi omnium jurium in Dynastia **Widinghausen**, & Pagis **Niedernau, Lichtenscheidt, Desfeldt & Niederschleiden**, prout illis Anno 1624. gavisa est.

Johannes Ernestus, Comes **Ottigenfis**, in omnia Ecclesiastica & Secularia, quæ Pater ipfius **Ludovicus Eberhardus** ante hos motus possidebat, restituantur.

Item Domus **Hohenloica** in omnia ipsi ablata, præcipue Dynastiam **Sünstter Theil.**

Wyyy

Wei.

1648. Weifersheim, itemque in Cœnobium Schäffersheim, absque omni excep-
April. tione, imprimis retentionis, restituatur.

1648.
April.

Fridericus Ludovicus Comes de Lowenstein & VVertheim in omnes suos Comitatus & Dynastias, quæ tempore hujus belli sequestrata, confiscata, aliisque cessæ fuerunt, in Politicis & Ecclesiasticis restituatur.

Ferdinandus Carolus Comes de Lowenstein & VVertheim, in omne id, quod defunctis ejus Agnatis, Georgio Ludovico, & Johanni Casimiro sequestratum, confiscatum aliisque cessum est, in Politicis & Ecclesiasticis restituatur; salvis tamen iis bonis & Juribus, quæ Mariæ Christianæ filia dicti Georgii Ludovici de Lowenstein, ex hæreditate Paterna & Materna competunt, in quæ plenarie restituatur; pariter etiam Vidua Johannis Casimiri de Lowenstein in sua bona dotalitia & hypothecata, reservato jure, si quod in supra dicta competit, Comiti Friderico Ludovico, vel amicabili compositione, vel legitimo processu prosequendo.

Domus Erbacensis imprimis Georgii Alberti hæredes, in Castrum Breu-bergicum omniaque ejus jura, ipsis cum Domino Comite Lowensteinensi communia, tam quoad præsidium ejusque directionem, quam cætera civilia Jura restituantur.

Vidua & hæredes Comitis à Brandenstein restituantur in omnia ex causa belli adempta bona & jura.

Hæredes Cancellarii Leffleri, Marci Conradi & Hieronymi à Rhölingen liberi & hæredes, item Marcus Antonius à Rhölingen, quisque in omnia sibi per confiscationem adempta, plenarie restituti sunt.

Contractus, Permutationes, Transactiones, Obligationes, & Instrumenta debiti, vi metuque, seu Statibus, seu Subditis illicite extorta, prout in specie queruntur Spira, VVeissenburgum ad Rhenum, Landavia, Reutlinga, Heilbrunna, aliique, ut & redemptæ cessæque actiones abolitæ atque ita annullatæ sunt, ut ullum judicium actionemve eo nomine intentare minime liceat, quod si vero Debitores Instrumenta crediti vi metuque Creditoribus extorserint, ea omnia restituantur, actionibus desuper salvis.

Debita sive emptionis, venditionis, annuorum reddituum, sive alio nomine vocentur, si ab una alterave belligerantium parte in odium Creditorum violenter extorta sint, contra Debitores veram violentiam & realem solutionem intercessisse allegantes, & se ad probandum offerentes, nulli processus executivi decernantur, nisi his exceptionibus prævia plenaria causæ cognitione decisæ, processu desuper instituto à Pacis publicatione intra biennium finiendi, sub pœna perpetui silentii contumacibus Debitoribus imponenda.

Processus autem hætenus eo nomine contra ipsos decreti una cum transactionibus & promissionibus pro futura Creditorum restitutione, factis, tollantur & enerventur; salvis tamen iis pecuniarum summis, quæ flagrante bello, pro aliis ad avertenda majora eorum pericula & damna, bono animo & intentione erogatæ sunt.

Sententiæ tempore belli de rebus mere secularibus pronuntiata, nisi processus vitium & defectus manifeste pateat, vel in continenti demonstrari possit, non quidem omnino sint nullæ, ab effectu tamen rei judicatæ suspendantur, donec Acta judicialia (si alterutra pars intra semestre ab inita Pace spatium, peti-

1648.
April.

petiverit Revisionem) in iudicio competenti modo ordinario vel extraordinario in Imperio usitato revideantur, & aequabili jure ponderentur, atque ita dictae sententiae vel confirmentur vel emendentur, vel si nulliter latae sint, plane rescindantur.

Si quae etiam feuda regalia vel privata ab Anno 1618. non fuerunt renovata, nec interim eorum nomine praestita servitia, nemini id fraudi esto, sed tempus repetendae investiturae à die factae Pacis, cedere incipiat.

Tandem omnes &c. (*inseratur*)

A dicta tamen universali restitutione excepta sunt, quae restitui vel redhiberi nequeant, mobilia & se moventia, fructus percepti, autoritate belligerantium partium interversa, itemque tam destructa quam publicae securitatis causa, in alios usus conversa aedificia publica & privata, Sacra & Prophana, nec non deposita publica vel privata, hostilitatis intuitu confiscata, legitime vendita, sponte donata.

Quia vero etiam causa Juliacenſis Successionis inter Interessatos, nisi praevenerit, magnas aliquando turbas, in Imperio excitare posset, ideo conventum est, ut ea quoque, Pace confecta, ordinario processu coram Caesarea Majestate vel amicali compositione vel alio legitimo modo, sine mora dirimatur.

Acta & conventa sunt haec Osnabrugis ?i. Aprilis, Anno 1648.

Sebastianus V Wilhelmus Mehl ic.

Wolff Conrad von Thumshirn ic.

N. II.

Notul in der Baaden-Durlachischen Sache.

Zu wissen: Nachdem wegen der Successions-Streitigkeit, Baaden-Durlach contra Baaden-Baden, ein gewisser Absas zu dem Instrumento Pacis Art. 4. §. De causa Badensi hoc modo conventum est &c. einzurichten verglichen worden; Darinn aber Herr Marggraff Friederichs zu Baaden Abgesandter einzuwilligen sich verweigert: Das demnach bedinget worden, wann Se. Herrn Marggraff Friederichs Fürstliche Gnaden, hiezwischen endlicher Beschließung des Friedens darein willigen würde, daß es alsdann bey der Disposition dieses §. immer und ewig verbleiben, auch keinem Theil fernere dawieder ichtwas einzuwenden zugelassen seyn solle. Im fall aber Se. Fürstliche Gnaden darein nicht willigen würden, daß ihm alsdann gehdriger Orten seine weitere Nothdurfft mit ordentlichen Rechten auszuführen, dergleichen auch seinem Gegentheil, Herrn Marggraff Wilhelm zu Baaden, seine Gegen-Nothdurfft, rechtliche Sprüche und Forderung, nach Form Rechtens, ausfindig zu machen, vorbehalten; jedoch dieser von ein oder andern Theil erfolgender Contradiction, und in eventum weiters anstellender Rechts-Proceßen allerdings ungehindert, vorgemeldter §. de causa Badensi &c. nichts desto weniger in Instrumento Pacis ordentlich einverleibet werden, es auch allerdings dabey sein Verbleiben haben, auch jeder Theil in ruhiger Besizung dessen, so ihm obbestimmter §. zugiebt, verbleiben solle, immer so lang und viel, bis ein anders mit ordentlichen Rechten erkannt und ausgesprochen seyn würde. Welches alles dann solcher gestalt, sowohl von denen Kayserlichen, Königlich-Schwedischen, als denen Chur-Mannischen Gesandten, in ihren respective Kayserlichen, Könighchen und des Römischen Reichs Protocolla zu vermercken, auch dem begehrenden Theil davon beglaubten Auszug zu ertheilen angenommen worden. Actum Osnabrug, den 23 April 1648.

Fünffter Theil.

Uyyy 2

§. XXVII.